

*Quot regunt Ablativum?*

Sedecim: *A, ab, abs, absq, cum, clam, coram, de, ex, pro, prae, palam, procul, sine, tenus.*

*Clam interdum etiam regit Accusativum.*

*Quot regunt utrumq, Casum tam Accusativum quam Ablativum?*

Quatuor: *In, sub, super & subter.*

*Observatio.*

Præpositiones in Compositione plerunq; significationem suam retinent: ut, *accurro, antecedo, amens, detero, exhaurio, suspicio, perspicio.*

*Sed*

**I**N cum Nominibus aut cum Participiis per se composita significat privationem: ut, *injustus intemeratus, inbumatus, infandus.*

**P**ER auget significatum Simplicis: ut, *percharus, pervigil, perfero.*

**S**U**B** minuit significationem: ut, *subtristis.*

*Regula.*

Quando Præpositiones amittunt casus, sunt Adverbia, vel etiam Conjunctiones: ut, *Multis post seculis. Cum amem, cum amaverim.*

¶: ¶

De